

4495.

1349 Okt. 14.

Sigtuna.

Karl Ulfsson gifver som tillökning till det prebende, som stiftats efter hans fader riddaren Ulf Abjörnsson vid Linköpings domkyrka, för sin broder Filip Ulfssons själ sina gods i Åby och Lerby till jungfru Marias och S. Bartolomei heder (jämf. n. 4335).

Registr. Eccl. Lincopens. perg. fol. 185 v.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Karolus Wlpson in Domino salutem sempiternam. Tenore presencium euidenter recognosco me in augmentacionem prebende in ecclesia Lincopensi, post patrem meum carissimum, dominum Wlphonem Abiornsson bone memorie veraciter fundate, omnia bona in Aby et Lerby, videlicet quinque attongos cum dimidio cum omnibus et singulis ipsorum attinenciis, mobilibus et immobilibus, nullis penitus exceptis, in honorem beate Marie virginis et sancti Bartholomei pro anima fratris mei karissimi Philippi Wlfson felicis recordacionis contulisse perpetuo possidenda, transferens in ipsam prebendam et suos possessores omne jus et dominium, quod mihi in dictis bonis competebat. In cuius euidentiam sigillum meum vna cum sigillis dilecti patris mei, domini N. Abiornsson et domini Gislonis Elinoson presentibus est appensum. Scriptum Siktonie anno Domini millesimo cccxlno die beati Kalixti pape et martiris.

Allmän öfverskrift: sancti Bartolomei.

4496.

1349 ?

Margareta Sunesdotter, riddaren Ulf Abjörnssons enka, gifver till det prebende, som efter mannens död blifvit stiftadt vid Linköpings domkyrka, jord i Andweghi (Ånväg), Almstad, Lagmansberga och Hieluby (Jäleby), hvilken jord genom arf tillhörde hennes barn, samt såsom ersättning åt de senare sin egendom i Mulestad och Solfvestad i Tjust.

Registr. Eccl. Lincopens. perg. fol. 185 v. 1)

Vniuersis presentes litteras inspecturis Margareta Sunadotter salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium euidenter recognosco me ad prebendam in ecclesia Lincopensi post mortem karissimi domini mei, domini Wlphonis Abiornsson felicis recordacionis in honorem beate virginis et sancti Bartholomei per dominum Petrum, diuina miseracione episcopum ecclesie predictae Lincopensis, fundatam, bona infrascripta, scilicet vnum attongom terre in Andweghi, vnum attongom in Almstadh, dimidium attongom in Laghmandzbergh cum omnibus eorundem bonorum pertinenciis, nullis penitus exceptis, que liberis meis post mortem patris eorum jure hereditario legaliter succedebant, veraciter contulisse jure perpetuo possidenda vna cum vno attongo in Hieluby, qui eciam dictis liberis meis post mortem patris attinebat, pro quibus quidem bonis infrascriptis omnibus liberis meis predilectis omnia bona mea in Mulastadh et Sæluostadh Thiustie cum omni-

1) Denna afskrift, som i kopieboken har sin plats näst efter föregående urkund, afbrytes derigenom att de tre närmast följande bladen äro bortskurna. Det tämligen utförliga fragmentet har dock ansetts böra intagas vid sidan af föregående bref, med hvilket innehållet ställer det i sammanhang.